

## 0115-0125- SS Sixtus I - Epistola Prima de Fidei Veritate

O93, f. 11ra; N442, f. 30rb; V630, f. 30va; I83, f. 62rb; VD38, f. 56rb; SG670, p. 101b; P9629, f. 6r

<sup>1</sup>INCIPIT<sup>2</sup> EPISTOLA PRIMA<sup>3</sup> SIXTI ROMANAE URBIS APOSTOLICI<sup>4</sup>.

Omnibus in deo patre et domino nostro Iesu Christo dilectis<sup>5</sup> fratribus in caritate domini nostri Iesu Christi Sixtus Roma<I83, f. 62va>nae<sup>6</sup> urbis archiepiscopus<sup>7</sup> salutem.

Carissimi, fideliter agite in omnibus, ut fideles et<sup>8</sup> non infideles inveniarnini. Nolite imitari malum, sed, quod bonum est, agite, quia, qui bene facit, <SG670, p. 102a> ex deo est, qui autem male, <V630, f. 30vb> non ex deo, sed ex diabolo<sup>9</sup> est.

Fidem enim rectam vos tenere oportet, ut dissentientes<sup>10</sup> ab apostolica non sitis doctrina. Unum enim verum deum patrem et filium a<sup>11</sup> prophetis et<sup>12</sup> apostolis ostendimus praedicatum, a quibus etiam spiritum sanctum credimus non esse discretum<sup>13</sup> Isaia propheta dicente: Ego sum deus et non<sup>14</sup> alius praeter me. Et per meipsum iuro, quia <VD38, f. 56va> exivit<sup>15</sup> ex ore meo veritas, et sermo meus non avertitur<sup>16</sup>, quia mihi inclinabitur omne genu<sup>17</sup>, et omnis lingua confitebitur<sup>18</sup> per dominum dicens: Iustitia et gloria ad eum veniet. Et ut in hoc testimonio patrem simul et filium fuisse cognoscatis, Paulum apostolum audite<sup>19</sup> dicentem: Ut in nomine Iesu, inquit, omne genu flectatur caelestium, terrestrium et inferorum, et omnis lingua confiteatur, quia<sup>20</sup> dominus Iesus Christus in gloria est dei patris omnipotentis. <SG670, p. 102b> Quod si secundum aliquos filius minor est patre <N442, f. 30va> suo, ergo minorata est et gloria <I83, f. 62vb> patris in filio. Et ubi est, quod in Salomone scriptura loquitur dicens: Sicut etiam in conspectu eorum, inquit, magnificatus es in nobis, ita in conspectu nostro magnificaberis in illis, ut cognoscant te, sicut et nos cognovimus, quoniam<sup>21</sup> non est deus praeter te<sup>22</sup>, domine? Diligenter attende et agnosce filium esse, qui<sup>23</sup> magnificabitur<sup>24</sup> in iudicio, dum venerit vivos et mortuos iudicare. Item Isaias: Audite domus Iacob, et residui domus Israel, qui egredimini ex utero et erudimini a puero usque ad senectutem. Ab initio ego sum et, quousque senescatis<sup>25</sup>, ego sum. Ego vos feci et ego sustineo, ego remittam, ego suscipiam, dicit dominus. Et iterum: Ego sum dominus<sup>26</sup> deus, praeter me non est alius deus<sup>27</sup> annuntians <VD38, f. 56vb> novissima, priusquam fiant, et statim consummata sunt. Item<sup>28</sup> <sup>29</sup> alibi<sup>30</sup>: Audi <SG670, p. 103a> me, Iacob et Israel, quem ego feci. Ego sum<sup>31</sup> dominus deus tuus, et non est alius praeter me. Item ibi<sup>32</sup>: Ego sum dominus deus primus et ego novissimus et in<sup>33</sup> ea, quae superventura sunt in novissimo, ego sum. Item ibi<sup>34</sup>: Ego sum deus, qui te creavi<sup>35</sup>, qui te adiuvi<sup>36</sup> et<sup>37</sup> <I83, f. 63ra> communi<sup>38</sup> <sup>39</sup> dextera mea. Et unitatem patris et filii assignans loquitur dicens: Ego testis vester<sup>40</sup>, dicit dominus deus, et puer meus tu, quem ego elegi, ut sciatis et credatis, quia ego sum et ante me non fuit alius deus et post me non erit. Unum hi, qui non sane<sup>41</sup> sapiunt, eligant e duobus<sup>42</sup>: aut fateantur<sup>43</sup> patrem et filium unum deum, aut, si solum patrem deum esse contendunt, ergo illis dominus Iesus Christus deus<sup>44</sup> filius non erit<sup>45</sup> deus, quia scriptum est: Ante me non fuit<sup>46</sup> alius deus et post me non erit. Si secundum tales ita est, cur apostolus talia praedicat et eundem filium deum super omnia benedictum insinuat? Quorum patres, in<SG670, p. 103b>quit, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in saecula. <P9629, f. 6v> Item Is[aias dicit: Dominus<sup>47</sup> deus Israel, qui liberavit eum de Aegypto. Ego <O93, f. 11rb> sum primus et ego post haec et praeter me non est<sup>48</sup> deus,] sicut ego sum, [qui stet et vocet et praeparet mihi, ex quo hominem feci in<sup>49</sup> saeculo. Item ibi: In te est deus et nesciebamus<sup>50</sup> deus<sup>51</sup> et non est] <VD38, f. 57ra> alius deus<sup>52</sup> praef[er te. Tu enim es deus, et nesciebamus deus Israel salvator<sup>53</sup>. Unus deus, non<sup>54</sup> sunt pater et filius, qui<sup>55</sup> <I83, f. 63rb> est] hic<sup>56</sup> deus, <V630, f. 3 1ra> in quo es<sup>57</sup>, dic[itur deus pater, quem alium deum non esse propheta saepe numero<sup>58</sup> protesta]tur? Et Hieremias: Hic<sup>59</sup> deus noster<sup>60</sup>, ait, et non applicabitur alter [ad eum, qui invenit omnem viam scientiae et dedit eam] Iacob puero suo et Israel dilecto<sup>61</sup> suo. Post haec in terris visus est et in[ter homines conversatus est.] Et in Salomone<sup>62</sup> habetur: Miserere nobis, <N442, f. 30vb> deus omnium<sup>63</sup>, et ostende nobis lumen miserationis, et immitte timorem<sup>64</sup> tuum super <SG670, p. 104a> gentes, quae non exquisierunt te, et cognoscant, quoniam<sup>65</sup> non est alius deus<sup>66</sup> nisi tu. Item ibi<sup>67</sup>: Domine deus Israel, non est tibi similis in caelo sursum, neque in terra deorsum. Et in psalmo septimo decimo: Quoniam quis deus praeter dominum aut quis deus praeter deum nostrum. Et in Geneseos<sup>68</sup>: Et pluit<sup>69</sup> dominus a domino ignem et sulphur super<sup>70</sup> Sodomam et Gomorram et evertit<sup>71</sup> civitates illas. Si solus pater deus est, quis<sup>72</sup> pluit ignem et sulphur a domino supra<sup>73</sup> praedictas<sup>74</sup> civitates, vel<sup>75</sup> eas everteret<sup>76</sup>? Quaeso<sup>77</sup>, responde. Et in Deuteronomio: Dominus solus deducebat eos et non fuit cum illis deus alienus. Et Paulus apostolus: Unus deus, qui iustificat circumcisionem ex fide et praeputium per fidem. Et ad Corinthios<sup>78</sup>: Deus erat in Christo <I83, f. 63va> mundum reconcilians sibi. Et iterum: Non est deus nisi unus. Et ad Galathas: Mediator <VD38, f. 57rb> autem unius non est, deus autem unus est. Et unitatem patris et filii et spiritus sancti demonstrans Ephe<SG670, p. 104b>siis<sup>79</sup> scribens ita confirmat: Sufferentes<sup>80</sup> invicem in caritate, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Unum corpus et unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae, unus dominus, una fides, unum<sup>81</sup> baptisma, unus deus. Si enim non sane<sup>82</sup> sapientes<sup>83</sup> unitatem fidei voluerint<sup>84</sup> simplici<sup>85</sup> corde recipere<sup>86</sup>, ex<sup>87</sup> hoc itaque<sup>88</sup> testimonio in uno spiritu<sup>89</sup> poterunt<sup>90</sup> simul patris et filii unitatem condiscere<sup>91</sup>. Patrem<sup>92</sup> igitur, ut superius comprahensum est, in divinis litteris genitum proprie

positum nec<sup>93</sup> legere possunt penitus<sup>94</sup> nec probare. Sed quia id ipsum fides exigit<sup>95 96</sup> christiana absque ulla dubitatione ingenitus creditur, qui tamen secundum seriem<sup>97</sup> scripturarum in filio a se genito visus esse monstratur.

De<sup>98</sup> cetero placuit propter malorum hominum infestationes<sup>99</sup>, ut in accusatione domini ministrorum primo persona, fides, vita et conversatio <SG670, p. 105a> blasphemantium enucleatim<sup>100</sup> perscrutetur. Nam fides omnes actus<sup>101</sup> hominis praecedere<sup>102 103</sup> debet, quia dubius in fide infidelis est, nec eis omnino esse<sup>104</sup> credendum, qui veritatis fidem ignorant, nec rectae conversationis vitam ducunt<sup>105</sup>, quoniam tales facile<sup>106</sup> et<sup>107</sup> indifferenter<sup>108</sup> <VD38, f. 57va> lacerant<sup>109</sup> et criminantur recte<sup>110</sup> et pie viventes. Ideo suspicio eorum discutienda<sup>111</sup> est primum et corrigenda<sup>112</sup>. Neque accusatoribus suspectis vel de inimicorum domo prodeuntibus<sup>113</sup> est credendum.

Erant enim quidam, qui prius videbantur esse ex nobis, sed non erant<sup>114</sup> ex nobis. Si vero essent ex nobis, <V630, f. 31rb> mansissent utique nobiscum et non conturbassent fratres. Exacuerunt<sup>115</sup> enim, ut ait propheta, linguas<sup>116</sup> suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labiis eorum. Quapropter hi respuendi sunt, si<sup>117</sup> in<N442, f. 31ra> corrigibiles apparuerint, et vitandi, ne domino decipiant famulantes<sup>118</sup>.

State ergo, dilectissimi, <SG670, p. 105b> super vias aspicientes et interrogantes de semitis domini antiquis et videte, quae est <I83, f. 64ra> via bona et recta, et ambulate in eam<sup>119</sup> et invenietis requiem animabus vestris.

Data XVI<sup>120</sup> Kal. Maii sub Adriano et Vero<sup>121</sup>.

O93, f. 11rb; N442, f. 31ra; V630, f. 31rb; I83, f. 64 ra; VD38, f. 57va; SG670, p. 105b; P9629, f. 6v

1 In P9629 sind einige Passagen des Briefes wegen Beschädigung der Handschrift nicht lesbar; diese sind im Text durch [ ... ] gekennzeichnet

2 Überschrift] EPISTOLA SANCTI SYXTI PPAE DE FIDEI VERITATE ET ACCUSATIONUM PROHIBITIONE SG670

3 RIMA P9629

4 APOSTOLICI] APOSTOLICI DECRETA SIXTI V630; APOSTOLICI DECRETA XISTI P9629

5 dictis P9629

6 romę VD38

7 archiepiscopus korr. aus episcopus P9629

8 et non infideles fehlt I83

9 diabulo P9629

10 am Rande discordantes VD38

11 et I83; et ex SG670

12 et] et ex SG670

13 am Rande separantur VD38

14 non] non est V630; non est korr. aus non N442

15 exhibit I83; VD38

16 revertetur I83; SG670; avertetur VD38; VD38

17 genus I83

18 intravit O93; iurabit N442; I83; VD38; SG670

19 audite fehlt I83

20 quoniam O93; P9629

21 quo V630

22 te fehlt VD38

23 qui korr. aus quo O93; quia VD38

24 magnificabimur VD38

25 senescamus P9629

26 deus I83; dominus fehlt SG670

27 deus fehlt I83

28 am Rande in eodem propheta VD38

29 Item alibi: Audi me, Iacob et Israel, quem ego feci. Ego sum dominus deus tuus, et non est alius praeter me. Item ibi: Ego sum dominus deus primus et ego novissimus et in ea, quae superventura sunt in novissimo, ego sum fehlt V630

30 ibi VD38

31 sum dominus korr. aus sum VD38

32 alibi P9629

33 am Rande super VD38

34 alibi V630; P9629

35 creavit VD38

36 adiuvi *N442; I83; audivi SG670*  
37 et communivi] vel audivi *korr. aus et communivi P9629*  
38 am Rande circumdedi *VD38*  
39 commonivi *O93; commovi V630*  
40 verus *SG670*  
41 am Rande recte *VD38*  
42 duobus *korr. aus duobis N442*  
43 am Rande manifestantur credant *VD38*  
44 dei *I83; SG670; VD38*  
45 est *VD38*  
46 est *SG670*  
47 Deus *VD38*  
48 est] est alius *korr. aus est SG670*  
49 in] in hoc *N442; I83; VD38; SG670*  
50 nesciebamus] nesciebamus tu es *VD38*  
51 deus *fehlt I83; SG670*  
52 deus *fehlt SG670*  
53 salvator] salvator Si *SG670*  
54 nisi *N442*  
55 quis *korr. aus qui SG670*  
56 hic *fehlt I83; SG670*  
57 est *P9629; I83; VD38; esse SG670*  
58 numero] numero singulari *VD38*  
59 Hic] hic est *VD38*  
60 noster] noster est *korr. aus noster SG670*  
61 dilecto *korr. aus electo O93; electo SG670*  
62 solomone *P9629*  
63 omnium *korr. aus omnium deus omnium SG670*  
64 timore *O93*  
65 quia *V630; P9629*  
66 deus *fehlt I83*  
67 alibi *P9629*  
68 ieneseos *P9629; genesi I83; SG670*  
69 pluit dominus] pluit dominus *korr. aus pluit P9629*  
70 super *korr. aus soper P9629*  
71 am Rande subvertit destruxit *VD38*  
72 quis *korr. aus qui SG670*  
73 super *I83; SG670*  
74 predicatis *P9629*  
75 ut *V630*  
76 everterit *N442; avertit I83; SG670; evertit VD38*  
77 am Rande rogo *VD38*  
78 chorinthios *korr. aus corinthos P9629*  
79 Ephesis *O93; P9629*  
80 am Rande sustinentes *VD38*  
81 unam *VD38*  
82 am Rande recte *VD38*  
83 sapientes] sapientes in *korr. aus sapientes SG670*  
84 voluerit *I83*  
85 simplici corde] simpliciter de *N442; simpliciter I83; VD38; SG670*  
86 derecipere *N442; desipere I83; SG670*  
87 ex *fehlt V630*  
88 non *korr. aus itaque SG670*  
89 spiritu *korr. aus spiritus P9629*  
90 poterunt *korr. aus poterint N442; V630; poterint P9629; poterit I83; poterunt korr. aus potuerunt SG670*  
91 am Rande simul discere *VD38*  
92 Pater *VD38*  
93 nec legere *korr. aus neglegere V630; neglegere O93; P9629; I83*  
94 am Rande omnimodo *VD38*  
95 am Rande postulat *VD38*

- [96](#) exegit O93; I83  
[97](#) am Rande ordinem VD38  
[98](#) am Rande De acusatoribus P9629; am Rande De accusatoribus dei ministrorum I83  
[99](#) am Rande persecutiones perturbationes VD38  
[100](#) am Rande manifeste VD38  
[101](#) am Rande opera VD38  
[102](#) am Rande superat VD38  
[103](#) praecedere debet] praecedit VD38  
[104](#) est korr. aus esse SG670  
[105](#) dicunt VD38  
[106](#) facile et korr. aus facile V630  
[107](#) et fehlt P9629  
[108](#) am Rande sine differentia VD38  
[109](#) am Rande affligunt VD38  
[110](#) recte korr. aus recte p I83  
[111](#) am Rande inquirenda VD38  
[112](#) am Rande emendanda VD38  
[113](#) am Rande exeuntibus VD38  
[114](#) erat P9629  
[115](#) Exacuerunt korr. aus Exacuerint V630  
[116](#) linguas korr. aus lingas P9629  
[117](#) si incorrigibiles] sibi corrigibiles I83  
[118](#) am Rande servientes VD38  
[119](#) ea N442; I83; VD38; SG670  
[120](#) XVII SG670  
[121](#) Vero] vero vv. cc. cons. N442